113

NOS STEPHANVS

DEI Gratia REX Poloniæ, magnus DVX Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masouiæ, Samogitiæ, Kiouiæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Liuoniæq; dominus &c. Transyluaniæ Princeps &c.
Memoriæ commendamus tenore præsentium, significantes quibus expedit uniuersis, Quod nos attentis, et consideratis fide, ac fidelibus seruitijs, Fidelis nostri, Egregij Petrj Nagij de Szilagy, Cubicularij nostri, siuerè nobis dilecti, quæ ipse ab ineunte ætate sua, nobis pro locorum, et temporum uarietate, tam in multis, uarijsq; bellicis expeditionibus nostris, quàm etiam in alijs omnibus obsequiorum, seruitiorumq; generibus, indefesso semper studio, labore, summa animi alacritate, promptitudine, morumq; et uitæ integritate, semper exhibuit, et impendit, ac nunc quoq; pro ueteri instituto suo, diligentissime, atq; fidelissime exhibet. Totales et integras decimas, totalis et integræ possessionis Czombord, item portionum possessionariarum in possessionibus Bago, et Lapath, omnino in comitatu Albensj, existentium, bitarum, uini uidelicet, triticj, siliginis, hordei, auenæ, cæterorumq; bladorum, et terranascentium, quorum minimum antea ad rationem nostram decimæ pendi solitæ fuissent, Eidem Petro Nagy de Szilagy, eiusq; hæredibus, et posteritatibus uniuersis, ex gratia et munificentia nostra regia, absq; ulla arendæ solutione, in perpetuum, dari, conceden, et deputari esse duximus, prout damus concedimus, et deputamus per præsentes. Quocirca uobis egregijs Ladislao Somborj, arendatori moderno decimarum nostrarum Transyluanien, futuris quoq; pro tempore constituendis, eorundemq; uicegerentibus, serio committimus, & mandamus, ut præscriptas integras decimas possessionis Czombord, et porcionum possessionariarum, possessionum Bago, et Lapad, memorato Petro Nagy de Szilagy, eiusq; hæredibus, et posteritatibus uniuersis, absq; ulla, ut præmissum est arendæ solutione, singulis annis, in perpetuum pro se, siberè, et absq; ullo impedimento colligj, et cumulari facere permittatis. Secus non facturi, præsentibus perlectis, exhibenti restitutis. Datum in Ciuitate nostra Warsouiensi decima die Mensis A[illegible] Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo Sexto. Regni uero nostri anno primo.

Stephanus Rex

IV. 43.

Ino

Csombor Akna.

pro Petro Nagy Donato Anno 1576

1576

K. IV/43